

IOANNES CASIMIRVS.

3

Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Ruspiae, Prussiae, Masouiae,
Samogitiae, Lituoniae, Smolensciae, Czernichonidumque, nec non Sue-
corum, Gothorum, Vandalorumque Hereditarius REX.

Significamus presentibus Literis nostris quoniam interest vniuersis et singulis. Exhibitas Nobis esse
Literas binas, vnas quidem pergamenas manu Semis olim Diuini memoriae Vladislai IV. Regis et Fra-
tris nostri desideratissimi subscritas, et sigillo Regni munitas, sanas, saluas et illasas, omnique suspicionis nota
carentes continentes in se confirmationem Articulorum Conuentionis Aurifabrorum Civitatis Lublinensis seruientis, ad
bonum ordinem et regimen spectantis. Quarum Literarum tenor de verbo sequitur estq. talis. **KASIMIRVS**
VS. IV. Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Ruspiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Lituoniae,
Smolensciae, & nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorum, & huius Rex. Significamus presentibus Literis nostris
quoniam interest vniuersis et singulis. Exhibitas Nobis esse Literas pergamenas, Semis olim Iosephi Regis et
fratris nostri continentes confirmationem Articulorum Fraternalitatis Aurifabrorum Civitatis nostrae Lublinensis, saluas
et illasas, tenoris talis. **STEPHANVS** Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Litha, Ruspiae
Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Lituoniae, & Princeps Transsylvanicae. Significamus presentibus Literis No-
stris quoniam interest vniuersis et singulis hanc notitiam habituris. Exhibitos Nobis esse nomine totius Fra-
ternitatis Aurifabrorum Civitatis nostrae Lublinensis Articulos in pergamento scriptos sub sigillo Civitatis
eiusdem Lublinensis, bonum regimen et ordinem in se continentes integros non vitiosos, omnique suspicio-
nis nota carentes, supplicatumq. est Nobis nomine eorundem, ut eisdem Articulos inferius scriptos, et o-
mnia in eis contenta auctoritate nostra Regia approbare, ratificare et confirmare, ac super eisdem consentiri
signavimus. Quorum quidem Articulorum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. In Nom-
ne Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Proconsul et Consules Antiqui, et Residentes
Civitatis Regiae Lublinensis, nec non Advocatus atq. Scabini, vna cum electis Iurisiuratis ex Communitate
vniuersi consensu ad supplicationem Incolarum nostrorum Artificij Aurifabri huius, et aliorum cupientium bona
famulae promoveri in Civitate ut boni, et bene edocti Artifices promoverentur, ne sit in illis Fossarum alias
Partiarum, aut aliqua alia macula politus, Annuendo eiusmodi conditionibus praedictis ut eorum Laudes, con-
suetudines, aliarum in Regno Civitatum praecipue tamen includat Urbis Cracoviae, et secundum infrascriptum
ordinem inviolabiliter observantur conscribi iussimus, statimusq. primo et principaliter. Quicumque hu-
ius Artificij voluerit Magister effici ac circa Nostram Civitatem Lublinensem artificium exercere, ac pro
Magistro haberi tenetur, per triennium apud Magistrum, vel Magistros eiusdem Civitatis pro so-
cio laborare, ut intra hoc tempus possint conspici ad omnibus hominibus mores, vitamq. ipsi
probitas, atque honesta conservatio. Quo quidem tempore determinato, atq. elapso petere
debet sibi assignari examinatio artificij, ac ibidem in instanti genealogia atq. procrea-
tione natiuitatis suae, et artificij edoctio. Literis authenticis coram Residentibus pro

. dare